LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 11r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

11

nec auctem creditae maiestatis infringerent: finxerunt ipsum in aurco im
bre delapsum eadem figura: qua imbres ferreos dicunt: cum multitu
dinem telorum sagittarumq; describunt: Rapuisse dicitur in aquila
catamitum: poeticus color est: sed ut aut p legionem rapuit cuius in
signe aquila est: aut nauis: in qua est impositus: turelam habuit in a
quila figuratam: sicut taurum: cum rapuit & transiuexit europam: Eo
dem mo coniunxisse in bouem traditur io inachi filiam: Que ut iam iuno
nis effigiem: ut erat iam senis obsita bos: transisse dicitur mare in aegyptumq;
venisse: atq; ibi recepta pristina specie dea facta: quae nunc isis uocatur.
Quo igitur argumento probari pot ne europam in tauro sedisse: nec io: bouem
factam: q; certus dies habetur in isidis: quo isidis nauigium celebratur:
Quae res docet non transisse illam: sed nauigasse: igitur qui sapere sibi uí
dentur: quia intelligunt uirum terrenum q; corpus in caelo esse non
posse: totam gymnedeam fabulam pro falso repudiant: nec sentiunt in tra
id esse factum: Quia res ac libido ipsa terrena est: Non ergo res ipsas gestas
finxerunt poetae: quod si facerent essent uanissimi: sed rebus gestis addi
derunt quendam colorem: Non .H. obtrectantes illa dicebant: sed orna
re cupientes: Hinc homines decipiuntur maxime: q; dum haec omnia
ficta esse a poetis arbitrantur: colunt quod ignorant: Nescium .H. qui sit
poeticae licentiae modus: quousq; progredi fingendo liceat: cum officium
poetae in eo sit: ut ea quae uere gesta sunt: in alias species obliquis figura
tionibus cum decore aliqua conuisa traducant: Totum autem quod feras
fingere idest ineptum esse: & mendacem potius q; poetam: Sed fixerunt
istaque fabulosa creduntur: Nam & illam: quae de diis seminis deo
rumq; nubibus dicta sunt: Cur igitur sic figurantur: sic colunturnisi
forte non tantum poetae: sed pictores & fictores q; magnum mentiunt:
Si .H. hic iuppiter: qui a nobis dicitur deus non is est: qui ex saturno &
ope natus est: non oportuit nisi solius simulacrum in templis omnibus
collocari: Quid sibi mulierum effigies uolunt: Quid sexus infirmus:
In quem si cecidit hic iuppiter: cum uero ipsi lapides hominem fatebuntur:
Mentitos esse poetas aiunt: & his tamen credunt: Immo uero non esse
mentitos re ipsa probant: Sta .H. simulacra deorum confingunt: ut ex
ipsa diuisitate sexus appareat ea esse: quae dicunt poetae: Nam quod
ad argumentum habet ymago catamiti & effigies aquile: cum ante pe
des iouis ponuntur in templis: & cum ipso pariter adorantur: nisi ut
neplandi sceleris ac stupri memoria maneat maeuum: Non igitur a
poetis fictum est: totum: aliquid fortasse traductum & obliqua figuratoe

Rapti gemmedis honores:

Taurus Europe.

Io. Isis.

Mos poeticus

Poetarum officium

Regnorum sorticio.
Iouis. Neptuni. Pluton.